

» non esse idem. Nam forum con-
» scientiae est quid commune Foro
» Sacramentali et non Sacra-
» mentali. Forum autem poenitentiae
» comprehendit solum forum Sacra-
» mentale. *Communis* (1) ».

Ut in re aliquid dicamus; nobis undequaque certum videtur admittendam esse sententiam a Lucio Ferraris superius traditam; scilicet forum conscientiae esse quid commune foro Sacramentali et non Sacramentali; forum autem poenitentiae restringendum esse ad unum forum Sacramentale; consequenter cum forum conscientiae universalius pateat confundi non posse cum Sacramento poenitentiae.

Id, praetermissa plurimorum doctorum sententia, demonstramus et ex cit. S. Congregationis Concilii decreto, et ex iis quae profert Benedictus XIV in Bulla *Convocatis*, quam tulit pro anno sancto 1749.

Ut autem ex cit. S. Congr. de-

(1) Rorignez *Quaestiones canonicae et regulares* Tom. I, Quaest. 61, art. 10 ita in re loquitur: « Quid significant illa verba *in foro conscientiae?*.... Quantum ad primum est notandum, quol absolvere in foro conscientiae est exercere potestatem in illis privilegiis concessam in salutem animarum, ut valeat coram Deo et non coram Ecclesia, ut constat ex traditis a Covarruvia. (In cap. *Alma mater* § XI, n. 6 in 1 part.). Et dato quod haec absolutio fiat videntibus aliis, non propterea non sit in foro conscientiae, quia sine strepitu fit; et non ut tollatur ius tertii per eam, sed ut anima illa ligata vinculis excommunicationis sit absoluta coram Deo. Et sic modo in Concilio Tridentino (Cap. 6. *Liceat sess. 24 de Reform.*) conceditur Episcopis potestas absolvendi a certis censuris, sed in foro conscientiae tantum. Et dato quod coram multis fiat haec absolutio, etiam istae absolutions dicuntur fieri in foro conscientiae tantum; quia ab eo ad quod actio tendit, sumit speciem. Et quia huiusmodi absolutions, confessiones et usus privilegiorum ordinantur solum in bonum animae, ideo ex illo debent nominari, et in illo fieri. Unde non tollitur per huiusmodi confessiones et absolutions ius tertii; potest enim offensus ab absolutis petere in iudicio suum interesse, id est damnum, quia quod hoc non valent dictae confessiones et absolutions. »

creto argumentum desumamus; si Patres affirmarunt, forenses illos absolvi posse in foro conscientiae, et Gregorius XIII ad unum poenitentiae Sacramentum absolutionem illam coarctavit, manifestum est, tum Patres, tum Rom. Pontificem admisso receptam distinctionem inter forum conscientiae et forum poenitentiae; Romani enim Pontificis responsio (nam de patrum mente nulla dubitatio) huic aequipollit. Forenses illi absolvendi sunt in uno poenitentiae Sacramento, non in foro conscientiae, qua de causa utriusque fori distinctionem admisit.

Neque argumentum corruit, si quis dicat, Gregorium XIII, memoriae forte lapsu, forum conscientiae cum foro poenitentiae confusisse, ita ut per Sacramentum poenitentiae conscientiae forum intellexerit. Hoc autem demonstrari fortasse ex eo potest quod cum duo

Patres de Episcopo affirmarint, eum scilicet posse absolvere in foro conscientiae, et etiam dispensare quando est materia coniuncta, Pontifex hoc postremum negavit, aliud minime distinxit, ut distinguere debuisse; sumpsit ergo Pontifex conscientiae forum vel pro foro Sacramentali tantum, vel per forum Sacramentale utrumque forum conscientiae et poenitentiae intellexit; at primum non excludit forum conscientiae, aliud affirmat. Id ipsum evidenter ratione demonstratur ex cit. Bulla *Convocatis* lata a Benedicto XIV. Etenim §. IV scribit Pontifex: *Absolvere possint per se ipsos tantum, et in foro dumtaxat conscientiae, quascumque personas sibi confitentes.* §. VII. *Absolvere insuper valeant, pro foro conscientiae tantum, a censuris propter haeresim.* §. XV. *Dispensare item pro foro tantum conscientiae valeant super impedimento dirimente occulto etc.*

At §. XXV praescribit Pontifex, ut iis facultatibus Confessarii deputati in urbe utantur dumtaxat in foro Sacramentali: *Advertant insuper, supradictas absolutiones, commutationes, dispensationes non posse a se exerceri extra actum Sacramentalis confessionis, neque extra suam cuiusque Basilicam, vel Ecclesiam nisi in casibus alias sibi a Maiori Poenitentiario permissis, vel permittendis.*

Pontifex igitur cum prohibuerit quominus Urbis Confessarii exer-

cerent supradictas absolutiones etc. extra actum Sacramentalis confessionis, apprime confessus est, eas exerceri potuisse extra Sacramentum poenitentiae; Pontifex scilicet admisit *Forum conscientiae et Forum poenitentiae*.

Ex iis autem patet 1°. Veram esse sententiam a Lucio Ferraris propugnatam, forum internum complecti forum conscientiae et forum poenitentiae; attamen *forum conscientiae et forum poenitentiae non esse idem*; patet 2°. Romanos Pontifices indigitasse absolutiones in foro poenitentiae tantum tribuendas, cum id decernere voluere.

Atqui, ut ad solutionem quaestio-
nis deveniamus, Concilii Tridentini
patres concedunt Episcopis facultatem
absolvendi in foro conscientiae;
Rom. Pontifex Pius IX in Const.
Apostolicae Sedis ne verbo quidem
aliquid detrahit facultatibus conces-
sis Episcopis in cit. cap. *Liceat*;
imo vult illam facultatem absolvendi
in foro conscientiae esse firmam;
forum autem conscientiae comple-
ctitur forum Sacramentale, et non
Sacramentale; ergo nullo arguento
prohiberi possunt Episcopi quomodo
concessis facultatibus utantur
in foro conscientiae quidem, sed
non Sacramentali.

De cetero haec lex favorabilis est,
in lege autem favorabili largiori
interpretatione uti debemus.

Attamen hanc absolutionem Epi-
scopi concedere debent *gratis et
imposita poenitentia salutari*. Pri-

mum patet, sed relate ad poenitentiam salutarem ab Episcopo, vel Vicario specialiter deputato imponendam poenitenti, quaeritur utrum illa necessaria sit ad validitatem absolutionis, ita ut si oblivious, vel alia de causa illam imponere praetermittat Episcopus, nulla sit collata absolutio.

Et quidem hoc postremum censemus, cum clausula casu ablativo posita conditionem importet. Profecto de hac clausula id ipsum censendum est quod de eadem in literis S. Poenitentiariae pro dispensatione ab impedimentis matrimonii apponi solita. De hac porro ita scribit Petrus Giovine *De Dispensationibus matrimonialibus Tom. 2, §. 106, pag. 254, n. 5.*

« In utroque demum eventu (scilicet circa poenitentiam determinate vel indeterminate impositam) nisi prius Confessarius poenitentiam imponat, relaxare nequit poenitentem ab impedimento occulto, quo detinetur. Etenim praefatae clausulae utpote in ablativo absoluto positae conditionem important, L. A testatore ff. de Condit. et Demonst. Ideoque ante absolutionem observari debet; non enim appetet cur minus haec, quam aliae conditions observandae sint. Atque id ipsum affirmat Reiffenstuel *Appendix de dispensatione super impedimentis* §. 10, n. 464, quem fere Petrus Giovine excrispit. Cum itaque par clausula sit, idem iudicium ferendum est. Neque difficul-

tatem facessere videntur quae scribit Sanchez, poenitentiam scilicet imponendam de iure esse in quavis Confessione Sacramentali; id vero quod de iure est, non importare conditionem, ideoque omissione eius actum non irritari. Etenim haec poenitentia salutaris, de qua in Tridentino Capite, est quid speciale, quae non includitur sub poenitentia in singulis confessionibus Sacramentalibus imponenda; noverant enim Tridentini Patres, pro peccato quod causam irregularitati vel suspensioni dederat a Confessariis aliquam esse poenitentiam imponendam; cum ergo ipsi eam praescripserint, quid speciale intellexerunt; at id quod modo speciali praescribitur, conditionem importare, facile omnes concessuri erunt. Sin minus neque conditio erit confessio Sacramentalis, ut exemplum afferamus, quae imponitur in dispensationibus matrimonialibus. Advertendum tamen in re est quod scribit Syrus apud Benedictum XIV. Inst. 87, n. 37. « Arbitrium quod relinquitur poenitentiaro in ordine ad poenitentias individuandas et iniungendas, non importat meram et liberam voluntatem, ita ut possit illas libere iniungere, prout sibi placuerit, sed importat arbitrium regulatum, id est arbitrium boni viri, et iuri conforme. »

Quapropter, concludit Benedictus XIV, Confessarius ut suo muneri recte satifaciat, neque seve-

ritatis, neque humanitatis fines excedat. Rationem quoque habebit conditionis, aetatis et sexus illius, cui poena irrogatur. Loc. cit. n. 28.

Ut ex Tridentino Capite patet, specialis haec deputatio ad personas deputandas refertur, non ad casus, aut personas absolvendas. Hinc quantum facultates concessae patent, ex facto definitur; inspectione scilicet et consideratione concessarum facultatum, minime ex iure. Ad eas quapropter intelligendas sequentem tradimus regulam. Si verba, quibus iurisdictio et deputatio conceditur, generalia sunt, latam interpretationem admittunt, si autem deputatio specialis est, id est ad illum tantum casum particularem, vel ad illam personam, stricta interpretatione uti debemus; etenim concessae facultates limite definito concluduntur.

CAPUT III.

De Clausulis.

Circa clausulas haec breviter adnotabimus.

1º Nullam umquam consuetudinem, etiam immemorabilem, sive inductam, sive inducendam praevalere posse contra ea quae in Constitutione Apostolicae Sedis praescribuntur. Id patet ex verbis: *irritum atque inane esse ac fore quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam praetextu cuiuslibet privilegii, aut consue-*

tudinis inductae vel inducendae, quam abusum esse declaramus.

2º Quidquid contra latae Constitutionis tenorem sive ignoranter, sive scienter, sive bona, sive male fide admissum et gestum fuerit, nullum esse et inane. Quod evidens est ex verbis quae subsequuntur: *Scienter vel ignoranter contigerit attentari.*

3º Consequenter neminem posse contra ea quae praescripta sunt aliter iudicare vel definire, fuerit, etiam aut S. Rom. Ecclesiae Cardinalis, aut Legatus a Latere, aut Nuncius Pontificius, aut aliis quilibet. « Sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate. »

Quibus hisce Commentariis finem ad Dei gloriam imposuissemus, nisi nonnulla a nobis corrigenda essent, quae vel ex posterioribus decreatis per Sacras Romanas Congregationes latis, vel ex maiori rerum consideratione nos minus accurate scripsisse comperuimus. Exinde nonnulla quae in utroque Volumine scripsimus ad examen hoc in loco revocabimus et corrigemus.

Antea tamen circa lectionem ephemericum vel diariorum heresim continentium vel propugnantium aliquid dicendum esse putamus.

ADDITIO AD APPENDICEM III.

An excommunicationem incurvant scienter legentes Diaria vel Ephemerides haeresim propugnantes.

Cl. Petrus Avanzini, Append. III., eiusmodi quaestionem sibi proposuerat: *An Ephemerides seu diaria eorumdem Apostatarum et haereticorum haeresim propugnantia sub ea censura (excommunicationis Romano Pontifici speciali modo reservatae) sint prohibita?*

Atque respondit: *Non videntur sub ea censura prohibita; quia Diaria quoisque folia manent per se completa, non veniunt sub nomine librorum (1).*

Atque paulo post: *Ephemerides itaque, seu diaria, seu folia haereticorum per se completa (quae scilicet non sint libri partes eiusdem argumenti, quam quaestionem omitto) haeresim propugnantia, non videntur sub ea censura prohibita (2).* Atque Avanzini sententiam alii amplexi sunt, alii reiecerunt, ut ex iis quae ipsem et scribit patescit.

At cum die 1 Novembris an. 1874 Pius Papa IX Allocutionem habuerit, in qua loquens de perniciosa Ephemeridibus dixit: *Alias eius-*

modi folia a nobis prohibita fuere; et nunc iterum ea in universum prohibemus; seu melius, confirmamus antiquas prohibitiones cum censuris adnexis (3).

Hisce Pontificis verbis plurimi quidem moti minime fuere, ea ducti ratione quod allocutio illa officialis, ut dicunt, non fuerit.

Atalii veluti declarationem quamdam habuerunt, qua eiusmodi quaestio dirimebatur.

Commentator Patavinus pag. 57 in Nota postquam Pii IX verba retulisset haec subdit: « Gravissima » sunt profecto ista, atque eiusmodi, » ut rigidorem sententiam novo » ac validissimo arguento confir- » ment. Re enim vera quae sunt » antiquae prohibitiones, quibus » etiam adnectuntur censurae, nisi » generales prohibitiones quae in » Regulis Indicis habentur? Prohi- » bitiones igitur etiam ex parte Ec- » clesiae pro certis quibusdam » ephemeridibus iamdiu extabant, » nihilque aliud Romanus Pontifex » suis ordinationibus praestitit, » quam easdem prohibitiones re- » novare ac confirmare, renovando » una simul adnexas censuras ad » normam Constitutionis Apostoli- » cae Sedis » (4).

(1) Apud Pennacchi Comment. in Const. Apostolicae Sedis Tom. I, pag. 133-134.

(2) Ibid. pag. 135.

(3) Altre volte questi fogli furono da noi proibiti; ed in questa occasione torniamo a proibirli tutti, o a dir meglio, confermiamo le antiche proibizioni con le annesse censure.

(4) Paullo ante idem cl. Scriptor retulerat ex periodico, vulgo *La Civiltà Cattolica*, Serie VIII, Vol. VI, Quad. 528, quae sequuntur. « Ci sembra non potersi

Duplicem exinde quaestionem proponimus, quarum

1. An scienter legentes Ephemerides haeresim propugnantes incurvant excommunicationem Articuli secundi Constitutionis Apostolicae Sedis Romano Pontifici speciali modo reservatam?

2. An dictas ephemerides legentes incurvant saltem excommunicationem latam in secunda Indicis regula?

Ut primae quaestioni satis facimus: articulum secundum Constitut. Apostolicae Sedis ita legimus: *Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicae libros eorumdem apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, nec non libros cuiusvis Auctoris per apostolicas litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes, et quomodolibet defendentes.*

Proposita igitur quaestio hisce concluditur: Libris Apostatarum et haereticorum, de quibus sermo est in prima parte citati articuli, accenseri ne possunt ephemerides haeresim propugnantes? Et ni inter illos locum habeant, habent ne saltem locum inter libros cuiusvis auctoris nominatim prohibitos per litteras apostolicas, Brevia scilicet, Bullas, Encyclicas, vel alia docu-

menta expresse lata ab Apostolica Sede et Apostolica auctoritate?

Ita enunciata quaestione. Si ephemerides propugnantes haeresim accensenda essent libris haereticorum et apostatarum, de quibus sermo est in prima parte citati articuli, id fieri deberet vel vi verborum, quibus lex constat, vel ratione finis quem sibi legislator lata prohibitione praestituit; vel, ut aliqui supponunt, ratione eorum quae Pius Papa IX affirmavit in sua Allocutione diei 1. Novembris an. 1874. Atqui nihil horum. Et 1°. non vi verborum, quibus lex constat.

Universalis regula est, in legum quarumlibet interpretatione, verba sensu obvio, naturali et communiter recepto esse sumenda; quia supponendus semper est legislator legem iis verbis promulgasse, quorum sensus a subditis universis intelligitur; ita ut si legislator legem promulget circa genus aut speciem aliquam, cuius variae species, familiae, individua diverso nomine vocentur, et unam tantum classem, familiam vel determinata individua huius vel illius familiae aut societatis exprimat, haec tantum, et non aliae familiae, individua, species sub lege comprehendi intelligantur.

dubitare, che quelli almeno fra i giornali, i quali sono soliti d'impugnare direttamente i domini cattolici, o anche i fondamenti del cristianesimo, sieno compresi nella citata regola dell'Indice. » Haec autem regula secunda est, scilicet: — Haereticorum libri qui de religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur.

Eiusmodi interpretationis ratio in lege praesertim odiosa locum habet, qua princeps poena crimina plectit, aut facta prohibet actiones que propter causas ipsi principi notas, quas nec semper revelat, nec in promulganda lege revelare tenetur. In lege odiosa interpretanda regula praecipua est: *Legislator quod voluit expressit, quod non expressit noluisse censendus est.* Hinc si Legislator, determinata poena prohibuit latrocinium publicum aut rapinam, sub eiusmodi lege furtam simplicia et ocellta non comprehenduntur; aut si Pontifex excommunicationis poenam intulit ex. gr. in forniciarios et adulteros uti excommunicati habendi non sunt qui sese commacularunt horrendo sodomiae et bestialitatis crimen, quamvis hoc postremum luxuriae summum attingat; huius autem ratio est, quia cum legislator unam fornicationem et adulterium expresserit, haec tantummodo peccata excommunicatione plectere voluisse censendus est, non alia quamvis graviora. Causa autem huiusmodi agendi rationis potuit esse vel quia fornicationes et adulteria frequentiora sunt, vel quia haec pacem domesticam ordinemque publicum prae aliis perturbant; eique aliae etiam causae esse potuere, quas nec voluit, nec revelare tenebatur, neque subditus eas inquirere aut tenetur aut debet, et saepe illas nescit.

Post haec, constat Pium Papam IX in cit. articulo ter *libros nominasse*,

quo verbo intelligitur volumen quoddam foliorum simul collectorum de una vel diversis materiis tractantium, et in casu nostro haereses erroresque contra fidem vel mores propugnantum. Qua de causa cum in interpretandis legibus obvio et naturali verborum sensui insistendum sit, librorum nomine intelligi nequeunt nisi libri proprii dicti, quo censu excludendae sunt quaelibet scripturae sive manuscriptae, sive typis impressae quae librorum nomine cohonestari non possunt, quod non pertingant ad quantitatem foliorum et formam quibus liber constituitur.

Quod Pius Papa IX vocabulum *libri* adhibuerit sensu obvio, naturali et communiter accepto appareat: 1°. Ex sensu uniformi quo hoc in capite vocabulo illo utitur; etenim primo loco illo utitur ad indigitandos libros haereticorum et apostatarum qua tales cognitorum, et haeresim propugnantes; qua de causa indigitavit libros proprii dictos, in quibus argumentis quibuslibet defendatur haeresis, et insuper praeseferant titulum et nomen auctoris. Secundo loco ea voce utitur ad designandos *libros nominativi per litteras apostolicas prohibitos*; atque universi neverunt, solitam esse Apostolicam Sedem nominativi prohibere libros perniciosores et haeresibus refertos aut eos, a quorum auctoribus fideles facilius, ob famam qua fruuntur, in errorem induci possunt, ut spe-

ciali illa et apostolica condemnatione illorum lectione hi magis absterreantur. Tertio loco dicit Pontifex: *eosdem libros*, quo intelligimus, leglatorem de iisdem libris semper loqui voluisse, et eodem sensu.

2°. Id autem melius dignoscimus ex adverbio *scienter*, quod importat notitiam, quod qui librum conscripsit sit haereticus iuxta sensum articuli primi Const. *Apostolicae Sedis*, et quod liber propugnet haeresim; et quod excommunicatione lectores huiusmodi libri plectantur.

At eiusmodi conditions quas includit adverbium *scienter*, vix aut ne vix quidem veritatem sortiuntur in ephemeredibus, tum quia non semper folia singula haeresim propugnant, tum quia auctorum nomina et secta ad quam pertinent, latent; tum quia nulla adest lex manifesta et evidens qua eiusmodi ephemeredum lectores excommunicatione plectantur; si enim adesset, locum haec quaestio habere non posset, neque Doctores in variis abirent sententias.

3°. Id etiam novimus ex relatione quam Pianum Caput habet cum Cap. primo Bullae Coenae, ex quo depromptum fuit, et quod ex Benedicti XIV Bulla exscribimus: « *Excommunicamus... eorumdem libros haeresim continentis, vel de religione tractantes sine auctoritate nostra, et Sedis Apostolicae scienter legentes, aut retinentes, imprimentes et quomo-* »

» dolibet defendantes ex quavis causa etc. » In qua Bulla vox *libros* habet suum sensum *verum* et naturalem, tum quia variae haereticorum sectae nominantur, quorum libri notissimi erant, tum quia Bulla Coenae, ni fallimur, anterior est ephemeredum institutioni. De cetero exposites doctissimi de libris proprio dictis vocabulum illud intelligunt. Nonnullos citabimus. Roncaglia in sua *Theologia Morali Tract. IV De Censuris, Quaest. III, Cap. 1, N. III* ita scribit: « Quia autem nomine libri in communi appellatione non veniunt Concio, vel Epistola, (multo minus folium) ideo huiusmodi legentes, quamvis sint auctoris haeretici et contineant haeresim, seu tractent de religione, valde probabiliter a censura excusantur. » Et pro sua sententia gravissimos citat auctores.

Schmalzgrueber *Ius Eccl. univ. Lib. V, Tit. VII, n. 53*, relata prius opposita sententia, argumentisque quibus innititur, quamvis affirmet tutius esse si illa, ad evitanda mala, in proxim deducatur, tamen aliam amplectitur, et lectores eiusmodi ephemeredum excommunicatione eximit. « Verum etsi sententia haec in praxi suadenda tenendaque sit, probabile tamen admodum est, huiusmodi scripti, quod Tractatus formam non referat, lecture, excommunicationem Bulae Coenae non incurri; ratio est quia dispositio Bullae citatae poc-

» nalis, consequenter odiosa est;
» igitur cum per eam sub dicta
» censura prohibeatur sola lectio,
» retentio etc., librorum, ea poena
» extendi non debet ad eos qui le-
» gunt, retinent etc., epistolam,
» concessionem, vel aliud scriptum
» paucorum foliorum, quia huius-
» modi scripta proprie et secun-
» dum communem loquendi usum
» non veniunt libri nomine. »

Et Lucius Ferraris v. *Libri prohibiti* quamvis contrariae sententiae faveat, tamen scribere non veretur n. 37: « Alii autem tenent contra-
» rium (quorum decem enumerat)
» aliquie plures, quorum aliqui
» contrariam sententiam tenent esse
» veram, et alii saltem probabilem
» esse putant, hac ducti ratione,
» quod tales Epistolae, conciones,
» et aliae similes parvae scripturae
» separatae non sunt proprie libri,
» de quibus solum loquitur Bulla
» Coenae, adeoque sub eius censura
» non comprehenduntur, cum ver-
» ba legis poenalis et odiosae sint
» stricte interpretanda... Quae sen-
» tentia revera non caret sua proba-
» bilitate. » Praestantissimi doctores
igitur nostram sententiam tuentur.

Non nos equidem latet, alios no-
bis adversari. Attamen observamus
1°. Doctores qui nobis adversantur,
loqui de opusculis, sermonibus,
epistolis; nos autem loqui de eph-
emeridibus, quae plerumque uno
constant folio, cuius una vel duae
columnae adhibentur ad propugnandos
contra fidem errores; conse-

quenter eiusmodi doctorum aucto-
ritatem pleno iure contra nos ur-
geri non posse; eo vel magis quod
nemo ex antiquis Sacrorum Cano-
num tractatoribus, iis saltem quos
nos pervolutavimus, agit de perio-
dicis aut ephemeridibus.

2°. Hi ipsi Scriptores contrariae
sententiam propugnantes affirmant,
nostram *revera non carere sua pro-
babilitate*, intrinseca scilicet et ex-
trinseca. At certum est penes Theo-
logos omnes, neminem in praxi uti
excommunicatum habendum esse,
quem vera probabilitas excommu-
nicatione eximit. Unum citabimus
Roncaglia qui Tract. IV, Reg. 5 scri-
bit: « Cum in praxi benigniora sint
» sequenda, dum agitur de poenis,
» non debet Confessarius habere
» pro excommunicato illum, quem
» sententia vere probabilis excu-
» sat... » Lectores igitur pernicio-
sarum ephemeridum uti excommu-
nicati habendi non sunt, et negari
quidem eis absolutio poterit alia de
causa, non autem causa excommu-
nicationis.

3°. Articulus secundus Constitu-
tionis *Apostolicae Sedis* exscriptus
quodammodo fuit ex articulo primo
Bullae Coenae; ergo etiam in illo
vox *libros* eamdem habet signifi-
cationem; sub eo igitur vocabulo
non veniunt ephemerides; ergo
qui has legit, ut modestia maxime
loquamur, *probabiliter* non incurrit
excommunicationem; consequenter
eiusmodi lectores in praxi excom-
municati non sunt habendi.

Verum antiquis doctoribus con-
cordes sunt in interpretando *libri*
vocabulo plurimi, iisque praestan-
tissimi Commentatores Constitutio-
nis *Apostolicae Sedis*.

Quid cl. Avanzini in re scripse-
rit, supra retulimus.

At ei subscribit cl. D' Annibale,
qui ait: « Recepta sententia est,
» librorum significatione non venire
» scripta typis quidem edita, sed
» molis adeo exiguae, ut magis
» alio nomine, velut elegiae, episto-
» lae, orationis, quam librorum, nun-
» cupari soleant; adeoque neque e-
» phemerides, quae communior sen-
» tentia esse videtur, eas nempe
» quae compactis fasciculis, perio-
» dice, uti aiunt, eduntur. » Com-
ment. n. 39. Edit. 3.

Alexander Cioli in suo *Com-
mentario pratico delle censure p.
31* quaerit: « Incurrit ne excom-
» municationem qui legit epheme-
» rides, et periodicos in quibus
» propugnatur haeresis? Atque re-
» spondet.

» Negative, ob sequentes ratio-
» nes: 1° Quod libet dicatur, com-
» muni sermone eiusmodi produ-
» ctiones librorum nomine non in-
» telliguntur. 2° Quia ut plurimum
» non constat utrum earum scri-
» ptores sint haeretici vel aposto-
» tae, quorum tantum libri haere-
» sim propugnantes censura mul-
» ctantur. 3° Incertum semper est
» quinam ephemeridum numeri
» haeresim contineant; ideoque pri-
» mum legendi sunt. Atqui lex

» adeo gravis, ut quae infert ex-
» communicationem speciali modo
» reservatam, debet esse necessa-
» rio determinata et aperta, sal-
» tem in casibus principalioribus;
» eo vel magis quod finis Consti-
» tutionis *Apostolicae Sedis* est de-
» terminare censuras, illas limitan-
» do; ideoque in dubio *quod mini-
» mum sequendum est.* »

Auctores praestantissimi de la
Nouvelle Revue Théologique, Vol. II,
pag. 619 quaerunt: Quo censu ha-
bebimus scripta periodica? uti li-
bros, aut uti fasciculos? (*brochures*)
Et respondent: « Duos tantum au-
» ctores novimus qui eiusmodi quae-
» stionem pertractarunt; idest M.
» Heymans, et novos editores Theo-
» logiae de Dens. Ipsi distinctio-
» nem adhibent inter ephemer-
» des et scripta periodica quae per
» fasciculos (*cahiers*) evulgantur.
» Piores neque vulgantur sub for-
» ma librorum, neque ad efforman-
» dum librum destinantur; eae
» igitur sub Constitutione *Aposto-
» licae Sedis* non comprehendun-
» tur. »

Quantum attinet ad scripta pe-
riodica, « si ipsorum voluminis cau-
» sa, haberi possunt uti libri, sub
» Constitutione *Apostolicae Sedis*
» comprehendentur; ita ut illorum
» lectores, detentores et impres-
» sores incurrint excommunicatio-
» nem speciali modo Summo Pon-
» tifici reservatam. »

Subdunt autem praeclari scri-
ptores: « Prima responsoris pars

mum patet, sed relate ad poenitentiam salutarem ab Episcopo, vel Vicario specialiter deputato imponendam poenitenti, quaeritur utrum illa necessaria sit ad validitatem absolutionis, ita ut si oblivious, vel alia de causa illam imponere praetermittat Episcopus, nulla sit collata absolutio.

Et quidem hoc postremum censemus, cum clausula casu ablativo posita conditionem importet. Profecto de hac clausula id ipsum censendum est quod de eadem in literis S. Poenitentiariae pro dispensatione ab impedimentis matrimonii apponi solita. De hac porro ita scribit Petrus Giovine *De Dispensationibus matrimonialibus Tom. 2, §. 106, pag. 254, n. 5.*

« In utroque demum eventu (scilicet circa poenitentiam determinate vel indeterminate impositam) nisi prius Confessarius poenitentiam imponat, relaxare nequit poenitentem ab impedimento occulto, quo detinetur. Etenim praefatae clausulae utpote in ablativo absoluto positae conditionem important, L. A testatore ff. de Condit. et Demonst. Ideoque ante absolutionem observari debet; non enim appetet cur minus haec, quam aliae conditions observandae sint. Atque id ipsum affirmat Reiffenstuel *Appendix de dispensatione super impedimentis* §. 10, n. 464, quem fere Petrus Giovine excrispsit. Cum itaque par clausula sit, idem iudicium ferendum est. Neque difficul-

tatem facessere videntur quae scribit Sanchez, poenitentiam scilicet imponendam de iure esse in quavis Confessione Sacramentali; id vero quod de iure est, non importare conditionem, ideoque omissione eius actum non irritari. Etenim haec poenitentia salutaris, de qua in Tridentino Capite, est quid speciale, quae non includitur sub poenitentia in singulis confessionibus Sacramentalibus imponenda; noverant enim Tridentini Patres, pro peccato quod causam irregularitati vel suspensioni dederat a Confessariis aliquam esse poenitentiam imponendam; cum ergo ipsi eam praescripserint, quid speciale intellexerunt; at id quod modo speciali praescribitur, conditionem importare, facile omnes concessuri erunt. Sin minus neque conditio erit confessio Sacramentalis, ut exemplum afferamus, quae imponitur in dispensationibus matrimonialibus. Advertendum tamen in re est quod scribit Syrus apud Benedictum XIV. Inst. 87, n. 37. « Arbitrium quod relinquitur poenitentiaro in ordine ad poenitentias individuandas et iniungendas, non importat meram et liberam voluntatem, ita ut possit illas libere iniungere, prout sibi placuerit, sed importat arbitrium regulatum, id est arbitrium boni viri, et iuri conforme. »

Quapropter, concludit Benedictus XIV, Confessarius ut suo muneri recte satifaciat, neque seve-

ritatis, neque humanitatis fines excedat. Rationem quoque habebit conditionis, aetatis et sexus illius, cui poena irrogatur. Loc. cit. n. 28.

Ut ex Tridentino Capite patet, specialis haec deputatio ad personas deputandas refertur, non ad casus, aut personas absolvendas. Hinc quantum facultates concessae patent, ex facto definitur; inspectione scilicet et consideratione concessarum facultatum, minime ex iure. Ad eas quapropter intelligendas sequentem tradimus regulam. Si verba, quibus iurisdictio et deputatio conceditur, generalia sunt, latam interpretationem admittunt, si autem deputatio specialis est, id est ad illum tantum casum particularem, vel ad illam personam, stricta interpretatione uti debemus; etenim concessae facultates limite definito concluduntur.

CAPUT III.

De Clausulis.

Circa clausulas haec breviter adnotabimus.

1º Nullam umquam consuetudinem, etiam immemorabilem, sive inductam, sive inducendam praevalere posse contra ea quae in Constitutione Apostolicae Sedis praescribuntur. Id patet ex verbis: *irritum atque inane esse ac fore quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam praetextu cuiuslibet privilegii, aut consue-*

tudinis inductae vel inducendae, quam abusum esse declaramus.

2º Quidquid contra latae Constitutionis tenorem sive ignoranter, sive scienter, sive bona, sive male fide admissum et gestum fuerit, nullum esse et inane. Quod evidens est ex verbis quae subsequuntur: *Scienter vel ignoranter contigerit attentari.*

3º Consequenter neminem posse contra ea quae praescripta sunt aliter iudicare vel definire, fuerit, etiam aut S. Rom. Ecclesiae Cardinalis, aut Legatus a Latere, aut Nuncius Pontificius, aut aliis quilibet. « Sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate. »

Quibus hisce Commentariis finem ad Dei gloriam imposuissemus, nisi nonnulla a nobis corrigenda essent, quae vel ex posterioribus decreatis per Sacras Romanas Congregationes latis, vel ex maiori rerum consideratione nos minus accurate scripsisse comperuimus. Exinde nonnulla quae in utroque Volumine scripsimus ad examen hoc in loco revocabimus et corrigemus.

Antea tamen circa lectionem ephemericum vel diariorum heresim continentium vel propugnantium aliquid dicendum esse putamus.

ADDITIO AD APPENDICEM III.

An excommunicationem incurvant scienter legentes Diaria vel Ephemerides haeresim propugnantes.

Cl. Petrus Avanzini, Append. III, eiusmodi quaestionem sibi proposuerat: *An Ephemerides seu diaria eorumdem Apostatarum et haereticorum haeresim propugnantia sub ea censura (excommunicationis Romano Pontifici speciali modo reservatae) sint prohibita?*

Atque respondit: *Non videntur sub ea censura prohibita; quia Diaria quoisque folia manent per se completa, non veniunt sub nomine librorum (1).*

Atque paulo post: *Ephemerides itaque, seu diaria, seu folia haereticorum per se completa (quae scilicet non sint libri partes eiusdem argumenti, quam quaestionem omitto) haeresim propugnantia, non videntur sub ea censura prohibita (2).* Atque Avanzini sententiam alii amplexi sunt, alii reiecerunt, ut ex iis quae ipsem et scribit patescit.

At cum die 1 Novembris an. 1874 Pius Papa IX Allocutionem habuerit, in qua loquens de perniciosa Ephemeridibus dixit: *Alias eius-*

modi folia a nobis prohibita fuere; et nunc iterum ea in universum prohibemus; seu melius, confirmamus antiquas prohibitiones cum censuris adnexis (3).

Hisce Pontificis verbis plurimi quidem moti minime fuere, ea ducti ratione quod allocutio illa officialis, ut dicunt, non fuerit.

Atalii veluti declarationem quamdam habuerunt, qua eiusmodi quaestio dirimebatur.

Commentator Patavinus pag. 57 in Nota postquam Pii IX verba retulisset haec subdit: « Gravissima » sunt profecto ista, atque eiusmodi, » ut rigidorem sententiam novo » ac validissimo arguento confir- » ment. Re enim vera quae sunt » antiquae prohibitiones, quibus » etiam adnectuntur censurae, nisi » generales prohibitiones quae in » Regulis Indicis habentur? Prohi- » bitiones igitur etiam ex parte Ec- » clesiae pro certis quibusdam » ephemeridibus iamdiu extabant, » nihilque aliud Romanus Pontifex » suis ordinationibus praestitit, » quam easdem prohibitiones re- » novare ac confirmare, renovando » una simul adnexas censuras ad » normam Constitutionis Apostoli- » cae Sedis » (4).

(1) Apud Pennacchi Comment. in Const. Apostolicae Sedis Tom. I, pag. 133-134.

(2) Ibid. pag. 135.

(3) Altre volte questi fogli furono da noi proibiti; ed in questa occasione torniamo a proibirli tutti, o a dir meglio, confermiamo le antiche proibizioni con le annesse censure.

(4) Paullo ante idem cl. Scriptor retulerat ex periodico, vulgo *La Civiltà Cattolica*, Serie VIII, Vol. VI, Quad. 528, quae sequuntur. « Ci sembra non potersi

Duplicem exinde quaestionem proponimus, quarum

1. An scienter legentes Ephemerides haeresim propugnantes incurvant excommunicationem Articuli secundi Constitutionis Apostolicae Sedis Romano Pontifici speciali modo reservatam?

2. An dictas ephemerides legentes incurvant saltem excommunicationem latam in secunda Indicis regula?

Ut primae quaestioni satis facimus: articulum secundum Constitut. Apostolicae Sedis ita legimus: *Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicae libros eorumdem apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, nec non libros cuiusvis Auctoris per apostolicas litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes, et quomodolibet defendentes.*

Proposita igitur quaestio hisce concluditur: Libris Apostatarum et haereticorum, de quibus sermo est in prima parte citati articuli, accenseri ne possunt ephemerides haeresim propugnantes? Et ni inter illos locum habeant, habent ne saltem locum inter libros cuiusvis auctoris nominatim prohibitos per litteras apostolicas, Brevia scilicet, Bullas, Encyclicas, vel alia docu-

menta expresse lata ab Apostolica Sede et Apostolica auctoritate?

Ita enunciata quaestione. Si ephemerides propugnantes haeresim accensenda essent libris haereticorum et apostatarum, de quibus sermo est in prima parte citati articuli, id fieri deberet vel vi verborum, quibus lex constat, vel ratione finis quem sibi legislator lata prohibitione praestituit; vel, ut aliqui supponunt, ratione eorum quae Pius Papa IX affirmavit in sua Allocutione diei 1. Novembris an. 1874. Atqui nihil horum. Et 1°. non vi verborum, quibus lex constat.

Universalis regula est, in legum quarumlibet interpretatione, verba sensu obvio, naturali et communiter recepto esse sumenda; quia supponendus semper est legislator legem iis verbis promulgasse, quorum sensus a subditis universis intelligitur; ita ut si legislator legem promulget circa genus aut speciem aliquam, cuius variae species, familiae, individua diverso nomine vocentur, et unam tantum classem, familiam vel determinata individua huius vel illius familiae aut societatis exprimat, haec tantum, et non aliae familiae, individua, species sub lege comprehendi intelligantur.

dubitare, che quelli almeno fra i giornali, i quali sono soliti d'impugnare direttamente i domini cattolici, o anche i fondamenti del cristianesimo, sieno compresi nella citata regola dell'Indice. » Haec autem regula secunda est, scilicet: — Haereticorum libri qui de religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur.

Eiusmodi interpretationis ratio in lege praesertim odiosa locum habet, qua princeps poena crimina plectit, aut facta prohibet actiones que propter causas ipsi principi notas, quas nec semper revelat, nec in promulganda lege revelare tenetur. In lege odiosa interpretanda regula praecipua est: *Legislator quod voluit expressit, quod non expressit noluisse censendus est.* Hinc si Legislator, determinata poena prohibuit latrocinium publicum aut rapinam, sub eiusmodi lege furtam simplicia et ocellta non comprehenduntur; aut si Pontifex excommunicationis poenam intulit ex. gr. in forniciarios et adulteros uti excommunicati habendi non sunt qui sese commacularunt horrendo sodomiae et bestialitatis crimen, quamvis hoc postremum luxuriae summum attingat; huius autem ratio est, quia cum legislator unam fornicationem et adulterium expresserit, haec tantummodo peccata excommunicatione plectere voluisse censendus est, non alia quamvis graviora. Causa autem huiusmodi agendi rationis potuit esse vel quia fornicationes et adulteria frequentiora sunt, vel quia haec pacem domesticam ordinemque publicum prae aliis perturbant; eique aliae etiam causae esse potuere, quas nec voluit, nec revelare tenebatur, neque subditus eas inquirere aut tenetur aut debet, et saepe illas nescit.

Post haec, constat Pium Papam IX in cit. articulo ter *libros nominasse*,

quo verbo intelligitur volumen quoddam foliorum simul collectorum de una vel diversis materiis tractantium, et in casu nostro haereses erroresque contra fidem vel mores propugnantum. Qua de causa cum in interpretandis legibus obvio et naturali verborum sensui insistendum sit, librorum nomine intelligi nequeunt nisi libri proprii dicti, quo censu excludendae sunt quaelibet scripturae sive manuscriptae, sive typis impressae quae librorum nomine cohonestari non possunt, quod non pertingant ad quantitatem foliorum et formam quibus liber constituitur.

Quod Pius Papa IX vocabulum *libri* adhibuerit sensu obvio, naturali et communiter accepto appareat: 1°. Ex sensu uniformi quo hoc in capite vocabulo illo utitur; etenim primo loco illo utitur ad indigitandos libros haereticorum et apostatarum qua tales cognitorum, et haeresim propugnantes; qua de causa indigitavit libros proprii dictos, in quibus argumentis quibuslibet defendatur haeresis, et insuper praeseferant titulum et nomen auctoris. Secundo loco ea voce utitur ad designandos *libros nominativi per litteras apostolicas prohibitos*; atque universi neverunt, solitam esse Apostolicam Sedem nominativi prohibere libros perniciosores et haeresibus refertos aut eos, a quorum auctoribus fideles facilius, ob famam qua fruuntur, in errorem induci possunt, ut spe-

ciali illa et apostolica condemnatione illorum lectione hi magis absterreantur. Tertio loco dicit Pontifex: *eosdem libros*, quo intelligimus, leglatorem de iisdem libris semper loqui voluisse, et eodem sensu.

2°. Id autem melius dignoscimus ex adverbio *scienter*, quod importat notitiam, quod qui librum conscripsit sit haereticus iuxta sensum articuli primi Const. *Apostolicae Sedis*, et quod liber propugnet haeresim; et quod excommunicatione lectores huiusmodi libri plectantur.

At eiusmodi conditions quas includit adverbium *scienter*, vix aut ne vix quidem veritatem sortiuntur in ephemeredibus, tum quia non semper folia singula haeresim propugnant, tum quia auctorum nomina et secta ad quam pertinent, latent; tum quia nulla adest lex manifesta et evidens qua eiusmodi ephemeredum lectores excommunicatione plectantur; si enim adesset, locum haec quaestio habere non posset, neque Doctores in variis abirent sententias.

3°. Id etiam novimus ex relatione quam Pianum Caput habet cum Cap. primo Bullae Coenae, ex quo depromptum fuit, et quod ex Benedicti XIV Bulla exscribimus: « *Excommunicamus... eorumdem libros haeresim continentis, vel de religione tractantes sine auctoritate nostra, et Sedis Apostolicae scienter legentes, aut retinentes, imprimentes et quomo-* »

» dolibet defendantes ex quavis causa etc. » In qua Bulla vox *libros* habet suum sensum *verum* et naturalem, tum quia variae haereticorum sectae nominantur, quorum libri notissimi erant, tum quia Bulla Coenae, ni fallimur, anterior est ephemeredum institutioni. De cetero exposites doctissimi de libris proprie dictis vocabulum illud intelligunt. Nonnullos citabimus. Roncaglia in sua *Theologia Morali Tract. IV De Censuris, Quaest. III, Cap. 1, N. III* ita scribit: « Quia autem nomine libri in communi appellatione non veniunt Concio, vel Epistola, (multo minus folium) ideo huiusmodi legentes, quamvis sint auctoris haeretici et contineant haeresim, seu tractent de religione, valde probabiliter a censura excusantur. » Et pro sua sententia gravissimos citat auctores.

Schmalzgrueber *Ius Eccl. univ. Lib. V, Tit. VII, n. 53*, relata prius opposita sententia, argumentisque quibus innititur, quamvis affirmet tutius esse si illa, ad evitanda mala, in proxim deducatur, tamen aliam amplectitur, et lectores eiusmodi ephemeredum excommunicatione eximit. « Verum etsi sententia haec in praxi suadenda tenendaque sit, probabile tamen admodum est, huiusmodi scripti, quod Tractatus formam non referat, lecture, excommunicationem Bulae Coenae non incurri; ratio est quia dispositio Bullae citatae poc-

» nalis, consequenter odiosa est;
» igitur cum per eam sub dicta
» censura prohibeatur sola lectio,
» retentio etc., librorum, ea poena
» extendi non debet ad eos qui le-
» gunt, retinent etc., epistolam,
» concessionem, vel aliud scriptum
» paucorum foliorum, quia huius-
» modi scripta proprie et secun-
» dum communem loquendi usum
» non veniunt libri nomine. »

Et Lucius Ferraris v. *Libri prohibiti* quamvis contrariae sententiae faveat, tamen scribere non veretur n. 37: « Alii autem tenent contra-
» rium (quorum decem enumerat)
» aliquie plures, quorum aliqui
» contrariam sententiam tenent esse
» veram, et alii saltem probabilem
» esse putant, hac ducti ratione,
» quod tales Epistolae, conciones,
» et aliae similes parvae scripturae
» separatae non sunt proprie libri,
» de quibus solum loquitur Bulla
» Coenae, adeoque sub eius censura
» non comprehenduntur, cum ver-
» ba legis poenalis et odiosae sint
» stricte interpretanda... Quae sen-
» tentia revera non caret sua proba-
» bilitate. » Praestantissimi doctores
igitur nostram sententiam tuerunt.

Non nos equidem latet, alios no-
bis adversari. Attamen observamus
1°. Doctores qui nobis adversantur,
loqui de opusculis, sermonibus,
epistolis; nos autem loqui de eph-
emeridibus, quae plerumque uno
constant folio, cuius una vel duae
columnae adhibentur ad propugnandos
contra fidem errores; conse-

quenter eiusmodi doctorum aucto-
ritatem pleno iure contra nos ur-
geri non posse; eo vel magis quod
nemo ex antiquis Sacrorum Cano-
num tractatoribus, iis saltem quos
nos pervolutavimus, agit de perio-
dicis aut ephemeridibus.

2°. Hi ipsi Scriptores contrariae
sententiam propugnantes affirmant,
nostram *revera non carere sua pro-
babilitate*, intrinseca scilicet et ex-
trinseca. At certum est penes Theo-
logos omnes, neminem in praxi uti
excommunicatum habendum esse,
quem vera probabilitas excommu-
nicatione eximit. Unum citabimus
Roncaglia qui Tract. IV, Reg. 5 scri-
bit: « Cum in praxi benigniora sint
» sequenda, dum agitur de poenis,
» non debet Confessarius habere
» pro excommunicato illum, quem
» sententia vere probabilis excu-
» sat... » Lectores igitur pernicio-
sarum ephemeridum uti excommu-
nicati habendi non sunt, et negari
quidem eis absolutio poterit alia de
causa, non autem causa excommu-
nicationis.

3°. Articulus secundus Constitu-
tionis *Apostolicae Sedis* exscriptus
quodammodo fuit ex articulo primo
Bullae Coenae; ergo etiam in illo
vox *libros* eamdem habet signifi-
cationem; sub eo igitur vocabulo
non veniunt ephemerides; ergo
qui has legit, ut modestia maxime
loquamur, *probabiliter* non incurrit
excommunicationem; consequenter
eiusmodi lectores in praxi excom-
municati non sunt habendi.

Verum antiquis doctoribus con-
cordes sunt in interpretando *libri*
vocabulo plurimi, iisque praestan-
tissimi Commentatores Constitutio-
nis *Apostolicae Sedis*.

Quid cl. Avanzini in re scripse-
rit, supra retulimus.

At ei subscribit cl. D' Annibale,
qui ait: « Recepta sententia est,
» librorum significatione non venire
» scripta typis quidem edita, sed
» molis adeo exiguae, ut magis
» alio nomine, velut elegiae, episto-
» lae, orationis, quam librorum, nun-
» cupari soleant; adeoque neque e-
» phemerides, quae communior sen-
» tentia esse videtur, eas nempe
» quae compactis fasciculis, perio-
» dice, uti aiunt, eduntur. » Com-
ment. n. 39. Edit. 3.

Alexander Cioli in suo *Com-
mentario pratico delle censure p.
31* quaerit: « Incurrit ne excom-
» municationem qui legit epheme-
» rides, et periodicos in quibus
» propugnatur haeresis? Atque re-
» spondet.

» Negative, ob sequentes ratio-
» nes: 1° Quod libet dicatur, com-
» muni sermone eiusmodi produ-
» ctiones librorum nomine non in-
» telliguntur. 2° Quia ut plurimum
» non constat utrum earum scri-
» ptores sint haeretici vel aposto-
» tae, quorum tantum libri haere-
» sim propugnantes censura mul-
» ctantur. 3° Incertum semper est
» quinam ephemeridum numeri
» haeresim contineant; ideoque pri-
» mum legendi sunt. Atqui lex

» adeo gravis, ut quae infert ex-
» communicationem speciali modo
» reservatam, debet esse necessa-
» rio determinata et aperta, sal-
» tem in casibus principalioribus;
» eo vel magis quod finis Consti-
» tutionis *Apostolicae Sedis* est de-
» terminare censuras, illas limitan-
» do; ideoque in dubio *quod mini-
» mum sequendum est.* »

Auctores praestantissimi de la
Nouvelle Revue Théologique, Vol. II,
pag. 619 quaerunt: Quo censu ha-
bebimus scripta periodica? uti li-
bros, aut uti fasciculos? (*brochures*)
Et respondent: « Duos tantum au-
» ctores novimus qui eiusmodi quae-
» stionem pertractarunt; idest M.
» Heymans, et novos editores Theo-
» logiae de Dens. Ipsi distinctio-
» nem adhibent inter ephemeridi-
» des et scripta periodica quae per
» fasciculos (*cahiers*) evulgantur.

» Piores neque vulgantur sub for-
» ma librorum, neque ad efforman-
» dum librum destinantur; eae
» igitur sub Constitutione *Aposto-
» licae Sedis* non comprehendun-
» tur. »

Quantum attinet ad scripta pe-
riodica, « si ipsorum voluminis cau-
» sa, haberi possunt uti libri, sub
» Constitutione *Apostolicae Sedis*
» comprehendentur; ita ut illorum
» lectores, detentores et impres-
» sores incurrint excommunicatio-
» nem speciali modo Summo Pon-
» tifici reservatam. »

Subdunt autem praeclari scri-
ptores: « Prima responsoris pars